Pugnabat ergo cum innocētia. malicia
cum ſimplicitate calliditas. cum infirmi
tate potentia ⁊ crudelitas. Sed iſto bello
innocentia maliciam vicit. aſtutiam ſim/
plicitas fregit. potentiam infirmitas ſu/
perauit. Iſtud triplex bellum adhuc quo
tidie geritur. Ecceſ. iiij. Verti me ad alia
⁊ vidi calumnias que ſub celo geruntur.
ecce quomō impugnat aſtutia ſimplicita
tem. ⁊ lacrimas innocentiā. ecce quomō
impugnat malicia innocentiā. nec poſſe
reſiſtere eoꝝ violētie. ecce quō impugnat
potentia infirmitatem

¶ De ſancto Thoma Canthuarienſi.
Sermo primus.

PRo iuſticia ago
nizare pro anima tua. ⁊ vſqꝫ ad
mortem certa ꝓ iuſticia. Eccl. iiij. Pugil
fidelis ⁊ miles ſtrēnuus in ſua pugna de
bet habere tria. ſcꝫ cauſam legitimā. inten
tionem rectam. ⁊ finalem ꝑſeuerantiam.
Ab hijs tribꝯ beatus thomas in ſua paſſi
one ꝯmendatur. Primo a legitima cau/
ſa cū dicitur. Pro iuſticia agonizare De
ſcribit͛ autem iuſticia ꝙ ſit virtus reddēs
vnicuiqꝫ ius ſuum. ſ. deo obedientiā. ſupe
riori reuerentiam. pari ꝯcordiam. inferio
ri diſciplinam. inimicis patientiam. miſe
ris ⁊ afflictis ꝯpaſſionem operoſam. ⁊ ſi/
bi ſanctimoniā. Pro tali iuſticia ſanctus
thomas pugnauit. Dedit enī primo deo
obedientiā. qꝛ maluit obedire deo ꝙ̄ regi.
ꝯtra deum. ⁊ ideo regis iram ꝯtra ſe ꝓuo
cauit. Actu. vj. Obedire oportet deo ma/
gis ꝙ̄ hominibꝯ. Secundo dedit ſuperio
ri reuerentiā. i. ſummo pontifici. Nam cū
quadam vice a rege artatus voto eius an
nuiſſꝫ ab altari poſtmodū ſe ſuſpendit. do
nec ꝑ ſummum pontificem eſt reſtitutus.
Eccl. x. In medio fratꝝ rector illoꝝ in ho
nore. Tercio dedit pari ꝯcordiam. Unde
dicit͛ de eo ꝙ ſaluo ſemꝑ rigore ſub decen
tia veſtiū ⁊ apparatu vtenſiliū ꝯcordabat
moribꝯ ſingulorꝝ. Roma. xij. Si fieri po
teſt qd̄ in vobis eſt cū omnibꝯ hominibꝯ
pacem hn̄tes. Quarto dedit ſubditis diſ
ciplinam. Unde dr̄ de eo Sapīa qua pre
ditus erat in eccleſia malignoꝝ ꝓhibebat
inſultus. Prouerb. xxix. Stulticia colli
gata eſt in corde pueri. ⁊ virga diſcipline
fugabit eam. Quinto dedit inimicis pa/
tientiam. qꝛ in exilio poſitus ꝓ rege ac re
gno Anglie ſemꝑ orauit. ⁊ ſuis occiſori/
bus nullum impatiētie verbum dixit. Lu
ce. xxi. In patientia veſtra poſſidebitis aī
mas veſtras. Sexto dedit miſeris ꝯpaſſi
onem operoſam. qꝛ quotidie. xiij. paupe/
rum pedes curuatis genibꝯ abluebat. ac
poſt refectōem cuilibet quatuor argēteos
ꝓ eoꝝ vſibꝯ ꝯſumendos erogauit. Septi
mo habuit in ſe ſanctimoniā. qꝛ virgini
tatem ſeruauit. ⁊ carnem ſuam ieiunijs ⁊
cilicio macerauit. Hebre. xij. Pacem ſe/
quimini cum omnibꝯ ⁊ ſanctimoniā ⁊c̄.
Et qꝛ ſic iuſticiam ſeruabat poteſt dicere
cum Iob. xxix Iuſticia indutus ſum ⁊ ve
ſtiui me ſicut veſtimento. Ille qui indu/
tus eſt ab omni parte eſt tectus. ſic beatꝰ
thomas iuſticia fuit indutus a dextris qꝛ
ipſam defendit in apice pontificalis dig/
nitatis. a ſiniſtris. qꝛ ipſam defendit ī exi
lio relegatus. ante ſe qꝛ ea que ſui prede
ceſſores in preiudicium eccleſie ꝯceſſerāt
ipē noluit confirmare. poſt ſe. quia in his
que petebat rex aſſentire noluit vidēs im
minere futurum periculum animarum.

¶ Secundo ꝯmendatur ab intentōne recta
cum dicitur. ꝓ anima tua. Multi eī ſunt
qui pugnant ꝓ ſubſtantia ſua. ⁊ pro pelle
ſua. ⁊ gloria ſua. ſed pauci ꝓ anima ſua.
cum tn̄ ibi magna pugna requirat͛. Ma.
iiij. Regnum celoꝝ vim patitur ⁊ violen
ti rapiunt illud ⁊c̄. Et ponit͛ ibi triplex vo
cabulū violentiam deſignans. ſcꝫ vim. ⁊
violenti. rapiunt illud. ad deſignandū ꝙ
tales triplicem vim debent inferre. ſcꝫ ra/
tioni intellectū captiuando. ij. Corint. x.

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

Jn captiuitatem redigẽtes intellectum
voluntati ipſam a ſuis ꝯcupiſcentijs a/
uertendo Eccl.xviij. Poſt ꝯcupiſcẽtias
tuas non eas ⁊c. Et opatiue opa fortia
aggrediendo Prouer.vlt. Manum ſuã
miſit ad fortia Uel poteſt dici ꝙ ponitur
ibi illud triplex vocabulum. ad innuẽdũ
ꝙ qui vult habere fortiſſimũ celi caſtꝝ dꝫ
habere audacem animũ ne ſit formidolo/
ſus. ſtrẽnuũ conatum. ne ſit ocioſus tole
rantiam cõtra quodlibet aduerſum ne ſit
delicioſus. Jſta tria genera hominem de
bello dñi eijciũt vt habet̃ Deute.xx. Quis
eſt homo formidoloſus ⁊ corde pauido.
ecce formidoloſi. Quis eſt homo qui edi
ficauit domum nouam ⁊c. ecce ocioſi qui
volunt in domo quieſcere ⁊ non ire ad la
borem. Quis eſt hõ qui deſponſauit vx/
orem ⁊c. ecce delicioſi qui delicijs volunt
vacare. Sed beatus thomas habuit au/
dacem animũ. qꝛ ꝯtra regẽ cauſam eccl'ie
audacter defendit. Strẽnuũ conatum. qꝛ
anteqꝫ vellet cedere in exilium ſe mitti ꝑ/
miſit. Tolerantiã ꝯtra qδlibet aduerſum
qꝛ mortem ſuſtinuit. Tercio cõmendat̃
a finali ꝑſeuerantia cum dicitur. vſqꝫ ad
mortem certa pro iuſticia. Uere vſqꝫ ad
mortẽ ꝓ iuſticia pugnauit qꝛ ꝓ ipa dñfen
denda quadruplex martyrium ſuſtinuit.
Primũ fuit in reꝝ ablatione. qꝛ fuit oĩbꝫ
rebus eccleſie ſpoliatus. Et qꝫuis ſancti
viri ablatõnem reꝝ libenter ſuſtineant do
lent tamen inqꝫtũ erant ſuſtentamentuꝫ
paupeꝝ. ⁊ inqꝫtum vidẽt ea ꝯſumi vſibꝫ
impioꝝ. Jſta autem talis patiẽtia qδdã
martiriũ eſt. Greg. Sine ferro martyres
eſſe poſſumus ſi patientiam veraciter in
aĩo cuſtodimus. Secundũ fuit in ſuorũ
ꝓpinquoꝝ ꝑſecutõne qδ magnũ dolorẽ ⁊
ꝯpaſſionem generauit ſibi. Grego. Qui
dolorem exhibet in aliena neceſſitate cru/
cem portat in mente. Terciũ fuit in exilij
relegatõne qꝛ a patria ſua fuit expulſus.
⁊ ꝑ diuerſas ꝓuĩcias exul effectus. Fuit
enĩ de nuero eoꝝ δ quibꝫ dicit̃ Hebre.x.
Circuierũt ĩ melotis ⁊ pellibus caprinis
egentes anguſtiati afflicti quibꝫ nõ erat
dignus mũdus. Jpſe enĩ circuiuit. qꝛ ꝑ
diuerſas patrias ⁊ terras ꝑegrinat⁹ fuit
⁊ in pellibꝫ caprinis. qꝛ ciliciuꝫ deferebat
Fuit egens. qꝛ omnibꝫ bonis ſpoliatus.
⁊ anguſtiatus ꝓpter ꝯpaſſionẽ afflictoꝝ
afflictus ꝓpter ꝑditionem inimicoꝝ. Et
qꝛ mundus eo dignus nõ fuit. iδ deus δ
mũdo ipſum abſtulit. Jſaie.lvij. A facie
malicie collectus eſt iuſtus. Quartũ fuit
in ſua occiſione. qꝛ eius cerebꝝ ſparſerũt
⁊ eum crudeliter occiderunt. fuit enim de
numero illoꝝ de quibꝫ dicitur Hebre.x.
Jn occiſione gladij mortui ſunt. Pſal.
Gladium euaginauerunt peccatores ⁊c.
Sed certe gladius eoꝝ intrauit in corda
ipſoꝝ. qꝛ alij digitos diſcerpentes. alij ſa
nie defluentes. alij paraliſi diſſoluti. alij
amẽtes effecti miſerabiliter mortui ſunt

De eodem. Sermo.ij.

Iuſtus iuſtificet̃ adhuc. ſctũs ſanc
tificet̃ adhuc. Apoca.xxij. Beatus
thomas licet in vita ſua fuerit ⁊ iu
ſtus ⁊ ſanctus. in paſſiõe tamẽ ſua
fuit magis iuſtus ⁊ ſanctus oſtenſus. et
hoc ꝓpter ſeptem ꝯditões que in paſſiõe
ſua reꝑiunt̃. Primo nãqꝫ fuit paſſus in
loco ſcõ. i. in eccl'ia ad innuendum ꝙ ipſe
eccl'iam ꝯſecrabat. ⁊ eccl'ia ipſum magnũ
⁊ ſanctum oſtendebat locus. Siquidem
aliquãdo ſanctificat locatum ſicut tẽplũ
ſanctificat auꝝ. vnde math.xxiij. Quid
maius eſt aut auꝝ aut templum qδ ſan/
ctificat auꝝ. Aliqñ vero locatum ſanctifi
cat locum. ſicut corpus xp̃i ⁊ reliquie ſan
ctoꝝ que ſanctificant locum in quo recõ/
dunt̃. Aliquãdo vero locus ſanctificat lo/
catum ⁊ econuerſo. Sicut patet in archa
que tabulas ſanctiores oſtendebat. ⁊ ta/
bule archam ſanctiorem reddebant. Jn
hoc igit̃ ꝙ thomas paſſus eſt in eccleſia
ipſe eccleſiam ipſam ſanctioreꝫ reddidit.

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

⁊ eccleſia ipſum ſanctiorem oſtendit. ¶ Secundo paſſus eſt in officio ſancto. ad innuendū ꝙ de laude vie trāſibat ad laudem patrie vbi omnia que ſunt in homīe ↄuertuntur ad laudem. Nam viſus allectus dei ammirabili viſione clamat ⁊ ait. Heſter. xv. Valde ammirabilis es dñe ⁊ facies tua plena eſt gratiarū. Odoratus affectus tam mirabili odore dicit Can. j. Trahe me poſt te. curremus in odore vnguentorū tuorū. Auditus recreatus angelica iubilatōe dicit Cant. v. Sonet vox tua in auribꝫ meis ⁊c̄. Os dulcoratū laude dei dicit ps. Repletur os meū laude ⁊c̄. Manus iocunditate xp̄i tactu ⁊ amplectione dicunt Pſal. Omnes gentes plaudite manibꝫ ¶ Tercio paſſus eſt in membro ſancto. i. in capite ſacro oleo deliburo Eſt aūt quadruplex caput. Primum eſt ſupſubſtantiale. ſcꝫ deus. Iſtud non erat in beato thoma leſum ſed diligenter ↄſeruatum. nam inſtar ſerpentis corpus expoſuit ⁊ caput ↄſeruauit. Secundū eſt rationale qđ eſt ipſa mens ſiue ſuperior pars rationis. Iſtud ſimiliter nō erat leſum ꝑ aliquā impatientiā ſiue murmuratōnem Unde dicitur de martiribꝫ. Nō murmur reſonat. non querimonia ⁊c̄. Tercium eſt ſpūale. ſ. ipſe prelatus qui eſt caput eccie ⁊ cōtum ad hoc ꝑſecutoribꝫ reſtitit. ⁊ corpus eccleſie defendit. Colo. j. Adimpleo ea que deſunt paſſionibꝫ xp̄i in carne mea ꝓ corꝑe eius qđ eſt eccleſia ⁊c̄. Quartū eſt corꝑale. ⁊ iſtud feriendū expoſuit ⁊ caput xp̄um in ſe ↄſeruauit. Sicut opponit quis brachium vt ab ictibꝫ caput cuſtodiat ¶ Quarto paſſus eſt in tꝑe ſancto. ſ. in temꝑe dñice natiuitatis. ad innuendū ꝙ ſicut chriſtus natus erat in terris ſic ipſe naſcebatᷣ in celis Anima enī ſancta modo ↄcipit per bona ꝓpoſita. parit autē per bona opera. nutrit vero per dei verba Hoc autem hic facit gemendo. tunc aūt facit gaudendo. Apoca. xij. Mulier amicta ſole ⁊c̄. Tunc anima eſt amicta ſole quādo ſequitᷣ chriſti ↄuerſatōem. Tunc habet coronam duodecim ſtellarū qn̄ ſeruat doctrinam. xij. apoſtolorū Tunc habet lunā ſub pedibꝫ qn̄ habet terrena ſub affectibꝫ Clamat autem qn̄ parit. qꝛ in preſenti ſeculo ingemiſcit. Tandē raptus eſt filius eius ad thronū dei. qꝛ poſt generatōem que fit cum dolore in mundo generantᷣ filij eius cum honore in celo ¶ Quinto paſſus eſt ꝓ cauſa ſancta. qꝛ ꝓ libertate eccleſie defendenda. In veteri lege nulla erat libertas ſed ſeruitus. Licet enī haberent liberū patrem ſcꝫ deum habebant tn̄ ancillā matrem ſcꝫ ſynagogam. Partus aūt ſequitᷣ ventrem ⁊ ventris ↄditiōem quantum ad libertatem ⁊ ſeruitutem. Erant tn̄ ibi quidam totaliter ſerui qui. ſ. habebant ancillam matrem ſcꝫ ſynagogam. ⁊ ſeruū patrem ſcꝫ dyabolum Johan. viij. Vos ex patre dyabolo eſtis. In noua aūt lege eſt libertas. qꝛ naſcimur ex libero p̄re ſcꝫ deo ⁊ libera matre ſcꝫ eccleſia. Gala. iiij. Nō ſumus ancille filij ſed libere. Sunt tamē ⁊ ibi quidā ſerui qui videntᷣ eſſe filij dei ⁊ eccleſie per fidem. ⁊ ſunt filij dyaboli per oꝑationē Johan. viij. Ois qui facit peccatum ſeruus eſt peccati. Chriſtus g̃ nos ſeruos redemit. j. Cor. vij. Precio empti eſtis. Redemptos manumiſit. i. extra p̄tātem dyaboli poſuit Johan. viij. Si filius vos liberauerit vere liberi eritis. Liberos in filios adoptauit. Roma. viij. Nō enim accepiſtis ſpūm ſeruitutis ⁊c̄ Et de hoc cyrographum fecit. Iſaie. xlix. Ecce in manibus meis deſcripſi te. Talem igitur libertatem Thomas defendit. ⁊ ideo martirum paſſus fuit ¶ Sexto paſſus eſt inter manus ſanctas ſcꝫ inter monachos Corpus chriſti poſtq̄ꝫ patri immolatum fuit a nullo ꝓphano fuit contractum. ſed a viris ſanctis fuit a cruce depoſitum ⁊ ſepultum. Corpus aūt ſancti Thome fuit ſpūſſancti. margarita dei. ⁊ hoſtia chriſti.

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

Iſti autem ꝑſecutores fuerunt canes. idᵒ
nō debuerūt tangere organū ſpūſſancti. ⁊
q꞉ erant porci nō debuerūt ꝯculcare mar/
garitam dei. Math. vij. Nolite ſcm̄ dare
canibꝫ ⁊c̄. ⁊ q꞉ ꝑſecutores erant ꝓphani
ideo nō debuerunt ꝯtractare hoſtiam xp̄i.
Corpus ergo beati thome a miniſtris dei
tantū tangi debuit poſtq̄ꝫ tanq̄ꝫ ſacra ho/
ſtia immolatū fuit. Nam ⁊ in veteri lege
hoſtia dō immolata nō tangebat̃ niſi ma
nibꝫ ſacerdotū. Septimo erat approbat᷒
ab angelis ſanctis. nam ſicut dicit̃ dum
requiem eternam diceret̃ audite ſunt vo/
ces angeloꝝ dicentiū Letabit̃ iuſtus ⁊c̄.
Et hoc fecerunt angeli ꝓpter dubium tol
lendum. Cum em̄ nō fuerit paſſus ab in
fidelibꝫ nec ꝓpter fidem ſed a chriſtianis
⁊ pro iuſticia. voluerunt angeli oſtendere
hūc veꝝ eſſe martyrem ꝓpter ꝯſimile offi
cium. q꞉ officium angeli ē eccleſiā defen/
dere ⁊ cuſtodire. Iſaie. lxij. Sup̱ muros
tuos iheruſalem ꝯſtitui cuſto. ⁊c̄. Hoīes
aūt eiuſdem officij ⁊ artis honorem ſibi
impendūt ꝓpter priuilegiū. angeli eī ſunt
virgines ꝑ naturam. ⁊ thomas fuit v̓go
ꝑ gratiam. ⁊ ideo tanq̄ꝫ ſibi ſimilē priui/
legio ſpāli ipſum honorant ꝑ laudē diuā
Eccī. xiij. Oē animal diligit ſibi ſimile.

De eodem Sermo. iij.

Qui mihi miſtrat me ſequat̃ ⁊c̄.
Iohā. xij. Beatus thomas ha/
buit quatuor magna preconia.
Primo nāq̄ꝫ habuit prelatōnem dignā.
q꞉ fuit dei miniſter. vñ dr̄. Qui mihi mi/
niſtrat ⁊c̄. Ad bonum autem miniſtꝝ tria
requirunt̃. ſ. mundicia. fidelitas ⁊ prudē
cia. Nemo enim vult miniſtꝝ immundū
vel infidelem ſeu fatuū. de primo Pſal.
Ambulans in via immaculata hic mihi
miſtrabat. de alijs duobꝫ Lu. xij. Quis
putas ē fidelis diſpenſator ⁊ prudēs ⁊c̄.
Beatus ergo thomas fuit miniſter dei et
ꝓpter mundiciā q꞉ integram caſtitatē ſer
uauit. ⁊ ꝓpter ſapientiam q꞉ iura eccleſie
ſapienter defendit. ⁊ ꝓpter fidelitatem q꞉
de rebꝫ que ſibi ꝯmiſit ſibi fideliter deſer
uiuit. ſ. de corꝑe ꝑ maceratōnem. de aīa ꝑ
ſinceram dilectōnem. ⁊ de rebꝫ ꝑ liberam
diſtributōnem. Scd̄o habuit ꝯpaſſioneꝫ
chriſto ꝯſimilem ⁊ acceptam. idᵒ ſubditur
me ſequat̃. In paſſiōe quidem xp̄i mlta
ꝯmendabilia fuerūt. Primū eſt libera vo
luntas. Iſa. liij. Oblatus eſt q꞉ ipſe vo/
luit. Similiter ⁊ thomas volūtarie paſ/
ſus fuit. vnde cum monachi fores eccl̄ie
clauderent beatus thomas eas reſerās di
xit. Non eſt eccleſia vt caſtꝝ cuſtodienda
⁊ ſic occiſoribꝫ obuiauit. Scd̄m ē immē
ſa caritas que tanta fuit in xp̄o ꝙ ſolus
mori voluit ⁊ ceteros illeſos ſeruari pre/
cepit dicens. Si ergo me queritis. ſinite
hos abire. ſimiliter ⁊ thomas dixit. ſi ca/
put meum queritis precipio ex ꝑte dei ne
cuiq̄ꝫ clerico vel laico noceatis. Tercium
eſt magna vtilitas. q꞉ xp̄s paſſus eſt pro
iuſticia eccleſie acquirēda. ps. Annūcia/
ui iuſticiam tuam in eccleſia magna. ſimi
liter ⁊ thomas paſſus eſt ꝓ iuſticia eccl̄e
defendenda. Quartum eſt deuotionis ſu
auitas qua xp̄s tam plenus fuit ꝙ inter
vulnera patri ſe recommendauit dicens
Pater in manus tuas ꝯmendo ſpiritꝫ
meū. ſimiliter ⁊ ſanctus thomas dum oc
cideret̃ dixit. deo ⁊ beate marie ⁊ omnibꝫ
ſanctis ⁊ beato dioniſio cauſam eccleſie ⁊
meipſum ꝯmendo. Quintum eſt ꝯſtātie
firmitas. tam ꝯſtans enim fuit xp̄us ꝙ
nō ceſſit ꝓpter iniurias verboꝝ nec ꝓpter
ſupplicia tormentoꝝ. ſimiliter ⁊ thomas
multas recepit ꝯtumelias. cū ei dixerūt.
Capite furem. ſuſpendite latronem ⁊ ꝓ/
ditorem. Multas iniurias in rebus pro
prijs. quia fuit oībꝫ ſpoliatus. Et multa
ſupplicia in tormentis. quia fuit in omni
bus membris punitus ⁊ excerebratus. ſꝫ
tamen in nullo potuit cōmoueri. Tercio
habuit vitam ſanctam. ⁊ hoc notat̃ cum
dicit̃. Si quis mihi miniſtrat me ſe. ⁊c̄.

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

Ipſe enim ſe totum miniſtrauit deo. q꞉ ſe
totum diuinis obſequijs mācipauit. Et
ſicut in paſſione. ſic ⁊ in vita ſe xp̄o ꝯfor/
mauit. Chriſtus namqꝫ habuit humilita
tem que maxime apparuit in pedum ablo
tione. Communitatem. que apparuit in
benigna conuerſatione. Baruch. iij. capi.
Poſt hec in terris viſus eſt ⁊ cum homi/
nibus conuerſatus eſt. Aſperitatem que
apparuit in aduerſoꝝ perpeſſione. Pſal.
Propter verba labiorum tuorum ego cu
ſtodiui vias duras. Similiter ⁊ beatus
thomas tantam habuit humilitatem. ꝙ
ſingulis diebus pedes paupeꝝ tredecim
abluebat. ⁊ quatuor argenteos cuilibet
tribuebat. Tantam habuit etiam ꝯmuni
tatem ꝙ ſaluo honeſtatis honore ſe om/
nibus ꝯformabat. Seneca. Id agamus
vt meliorem vitam ſequamur q̄ vulgus
non vt contrariam. alioquin quos emen
dare volumus fugamus a nobis ⁊ auerti
mus. Tantam habuit aſperitatem. ꝙ ie/
iunijs corpus ſuum macerabat. ⁊ cilicio
membra ſua domabat. ad Galathas. v.
Qui autem ſunt chriſti carnem ſuam cru
cifixerunt cum vitijs ⁊ concupiſcentijs.
¶ Quarto nunc habet claritatem eternam.
cum dicitur. Ubi ego ſum illic ⁊ miniſter
meus erit. Circa quod notandū ꝙ chri
ſtus eſt in dextra patris. Mathei vltimo
Sedet a dextris dei. Eſt in gloria patris
Philippen. ij. Dominus iheſus chriſt⁹
in gloria eſt dei patris. Eſt in lumine pa/
tris. j. ad Thimotheū. vj. Lucem habitat
inacceſſibilem. Eſt in throno patris. Apo
calipſis. j. Sicut ⁊ ego vici ⁊ ſedi cū pa/
tre meo in throno eius. Beatus ergo tho
mas eſt in dextera dei. quia recepit omni
um beatoꝝ affluentiam. Pſal. Delecta/
tiones in dextera tua vſqꝫ in fineꝫ. Eſt in
lumine dei. quia habet viſionem apertam
pri. ad Corinth. xiij. Videmus nunc per
ſpeculum in enigmate. tunc autē facie ad
faciem. Eſt in throno dei. quia habet regi
am dignitatem. Prouer. vlt. Nobilis in
portis vir eius cū ſederit cum ſenatoribꝫ
terre. Eſt in gloria dei. q꞉ habet omnium
bonoꝝ ſecuritatem ⁊ eternitatem Aug⁹.
in li. ꝯfeſſionum. Ipſe erit finis deſideri
oꝝ noſtroꝝ qui ſine fine videbitur. ſine fa
ſtidio amabitur. ſine fatigatōe laudabit̄.

¶ De ſancto Silueſtro papa.
Sermo primus.

A Deo eſt omnis
medela. ⁊ a rege accipies donati
onem. Eccī. xxxviij. Conſtantinus impa
tor cum lepra eſſet ꝑfuſus a ſilueſtro ē cu
ratus ⁊ curanti non fuit ingratus. In ver
bis premiſſis primo ponit̄ eius miraculo
ſa curatio cū dicitur. A deo eſt oīs mede/
la. Scd̄o ꝯſtantini grata recognitio cum
dicitur. A rege accipies donatōem. ¶ Cir
ca primū notandū ꝙ ꝯſtantinus curatus
eſt per ſilueſtꝝ per virtutem baptiſmi. Cir
ca quem baptiſmū quatuor ꝑſone ꝯſide
rant̄. ſ. apoſtoli. ꝯſtantinus. ſilueſter ⁊ cri
ſtus. Ex pte apoſtoloꝝ fuit intimata ma
teria ⁊ figura. Unde dixerunt ꝯſtantino
in viſu apparentes. q꞉ horruiſti effuſionē
ſanguinis innocentis ſilueſter oſ̄ndet tibi
piſcinā. ecce materia. ī qua immerſus ter
cio curaberis ab omni lepre morbo. ecce fi
gura. Materia eīn baptiſmi eſt aqua que
fuit ſanctificata tactu dn̄ice carnis cū in
iordanē deſcendit. virtute inſtitutōis cū
dixit Iohan. iij. Niſi quis renatus fuerit
ex aqua ⁊ ſpū ſancto ⁊c̄. Aqua regenerati
onis que de latere emanauit. ⁊ benedictō
nis ſacerdotis. Aug⁹. Accedit verbū ad
elementum ⁊ fit ſacramentū. Trina autē
immerſio fit ad deſignandū triduanā xp̄i
ſepulturā. ⁊ ꝙ a trinitate habet efficaciā.
⁊ ꝙ triplicē remittit culpā. ſ. originalem
actualem. ⁊ venialē. ¶ Scd̄o ex pte ꝯſtan
tini fuit diſpoſitio preambula. Diſpoſuit
eīn ſe ad baptiſmū per tria. ſ. ꝯtritōnem

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf